HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ideo expergefactus sum & uidi & somnus meus dulcis fuit mihi. quia dns inebriat animam lassam siue sitientem & dicit in euangelio. qui sitit ueniat ad me & bibat. & qui credit in me sicut dixit scriptura. flumina de uentre eius fluent aque uiue. & omnem animam esurientem satiat adq: sitientem de qua sta & esurite idem in euangelio contestatur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. Notandumq: quod ebriatas in hoc loco in bonam partem ponatur. de qua & in cantico dr̄.

Comedite amici & bibite & inebriamini karissimi. qui ebriatate & ioseph inebriatus e. cum fratribus suis in meridie inebriatus aut adq: saturati hi qui lassi fuerant adq: esurierant agunt gratias respondentes expergefactus sum & uidi dnm scilicet & suscitantem adq: dicentem. surge qui dormis & eleuare a mortuis. & inluminabit te xps. & somnus inquit meus dulcis fuit mihi ut imitarer dni mei uerba dicentis. Ego dormiui & soporatus sum & surrexi quoniam dns suscepit me.

Ecce dies ueniunt dicit dns. & seminabo domum israel. & domum iuda semine hominum & semine iumentorum. & sicut uigilaui super eos ut euellerem & demolirer & dissiparem & disperderem & affligerem sic uigilabo super eos. ut aedificem & plantem ait dns. In diebus illis non dicent ultra patres comederunt uuam acerbam & dentes filiorum obstupuerunt. sed unusquisq: in iniquitate sua morietur. omnis homo qui comederit uuam acerbam obstupescent dentes eius domum & domum id. e. domum israel & domum iuda in lxx. non habet sed tantum israel & iuda ut israel & seminabo israel & iudam quodq: intellit

hominum & semin

semine iumentorum ad irrationales & simplices referre debemus. & sicut in principio hieremiae dictum. e. ad eum. Ecce constituit te hodie super gentes & super regna ut euellas & destruas & disperdas & dissipes & aedifices & plantes. & uigilaui super eos ut facerem quod minatus sum sic inquit nunc uigilabo super eos. Ut aedificem & plantem. dies enim agriculturae medi aedificatio est. omnes huiusce modi repmissiones iuxta iudaeos & nros iudaizantes in mille annorum regnum putantur. ee conplendae.

Nos autem dicente apostolo. Ego plantauit apollo rigauit. sed ds incrementum dedit. & esaias phta. qd saluator aedificatur saepius. & domorum. ee. memoratur in primo aduentu xpi spiritalis impleta defendimus & impleta ex parte non ex toto quia nunc in speculo uidemus & in enigmate & nescimus sicut oportet nosse. cum autem uenerit qd perfectum. e. tunc quod ex parte est destruetur. aut certe in secundo conplenda credimus quando in sua maiestate dns apparebit. & subintrat